

induratis spongiosis extus carinato-convexis intus cymbiformibus. Receptaculum nudum. Achenia dissimilia disci calva compressa latè bialato-subtriquetra facie exteriori sensim prominenti carinata interiori convexa subcymbiformia involucri phyllis arctè incumbentia. Achenia radii cylindrica striata a basi subcalloso-incrassatâ cavâ ad apicem usquè sensim subattenuata papposa. Pappus pilosus albus mollis tenuissimus multiserialis achenio brevior persistens. — Herba annua Palæstina facie *Phæcasii* sed omnibus partibus major.

Genus a *Crepide*, *Endopterā* generibus affinibus acheniis exterioribus calvis compresso-bialatis extus triquetris intus convexis nec ut in *Crepide* conformibus cylindricis nec ut in *Endopterā* intus unialatis nec ut in *Pterothecā* intus 3-5 alatis receptaculoque omnino nudo distinctissimum.

CYMBOSERIS PALÆSTINA Boiss.

C. annua brevissimè papillari-hirtula, caule erecto tereti folioso supernè ramoso corymboso-paniculato, foliis lætè viridibus teneris inferioribus in petiolum attenuatis runcinatis lyratis segmentis lateraliibus parvis ovatis triangularibusve terminali maximo ovato obtuso basi subcordato grossè et acutè lobato-dentato, foliis intermediis runeinato-lyratis medio angustatis basi-dilatato-amplexicaulibus, superioribus e basi latè et rotundatim cordato-amplexicauli ovatis vel oblongo-lanceolatis acuminatis, rameis e basi linearí setaceis, capitulis pedunculis longis erectis nudis suffultis, calyculi squamis 5-6 ovatis acutis albo-marginatis adpressis involucro quadruplò brevioribus, involueri phyllis subbiseriatus æquifloris sub anthesi linearibus glabris pallidis apice obtusis ciliatulis fructiferis dorso valde spongioso-incrassatis albis, ligulis intense flavis concoloribus involucro sesquifloris.

Hab. in umbrosis Palæstinæ, in *Carmelo*, monte *Ithabure*, prov. *Samariæ*. Legi Apr. et Maio.

Planta 4-4 1/2 pedalis, folia inferiora cum petiolo 7-8 poll. longa, segmentum terminale 3-3 1/2 poll. longum 2 et amplius latum, segmenta lateralia utrinquè 2-3 a superioribus 6-8 lin. longis obtusis ovato-oblongis ad inferiora triangularia acuta diminuta, capitula illis *Cr. biennis* paulò minora, involucrum fructif. 6-7 lin. longum. Achenia radii 4 lin. circ. longa alis utrinquè semini compresso æquifloris, disci 3 1/2 lin. longa angustissima pappo 2 lin. longo superata.